



acubus piscibus quoq; evenire observavit, id quod raro contingere in viperis. Naturale igitur est, ut supervivant, ut rursus pregnantes reddantur, & postremo tot partibus effetae & in omnibus inutiles fiant.



## CVR SOLA VIPERA PRÆ cæteris serpentibus in cibis & an- tidotis utantur antiqui.

### C A P . XI.



N Andromachi Galene, quæ Theriaca postea à Critone est appellata, ex tam multis serpentibus, non alicuius alterius, sed solius Viperæ idoneas carnes fuisse judicatas cognovimus, quæ in antidoto positis commiserentur. Auctor ad Pisonem ad hanc solam causam referendum esse indicavit, quòd Viperæ sibi præ cæteris non tam noxiā in se vim habere sibi viderentur, utiq; si Basiliscum conspectu & auditu enecare scribit, & tam violentum cum esse, ut si quod animal mortuum attingat, commoriatur. Dryinus & Dryina, quæ in radicibus quercus commorantur, adeò pestifera qualitate prædicti sunt, ut supra ipsos transeuntium pedes quidem

exco-